Te Illustrissimum Dominum
Stephanum Pawlicki
S. Theologiae et Philosophiae Doctorem
Almae Matris Iagellonicae Re
ctorem Magnificum Philosophiae
Professorem eximium

Societas philosopha Universitatis Iagel
lonicae studiosorum socium honoris causa co
mmuni creavit consensu quippe qui non
solum multis praeclarisque in philoso
phiam meritis excellas sed etiam id quod
grato reputamus animo in una summa
rum rerum cognitione quasi taberna
culum vitae Tuae collocaveris et ipse
doctrinae acutissimae singulari inflam
matus amore haud exiguo iuvenum
agmini ad sapientiae templa serena
aditum patefeceris quo factum est ut

optime mentem recta cogitatione imbu
ere et difficiles quæstiones didi
cerint solvere Te strenuo sa
gacique duce
Atque nomen Tuum nunc elu
cet et in posterum enitescet siquidem
et sapientiæ doctor egregius et
veræ humanitatis luculentum
exemplum nuncuparis
Cum igitur Societas nostra id agat
ut talis tantique magistri vestigia sequi
cupiat Te Vir præstantissime rogamus
hoc memoriæ documentum libens acci
pias Tibique cuncta prospera ac fau
sta precamur

Datum Cracoviæ die S. Thomæ Aquinatis
Anno Domini MCMX

Secretarius — Sigismundus Gutek

Præfectus — Casimirus Bereżyński